



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LXXXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

fiscus semper est deterioris conditionis quam priuatus. ut  
not. Odof. in l. p. C. de fund. patrimo. nu. 2. q. tu nota.

Fallit etiam lapsu quinquennio, quia facta denuncia-  
tione per creditores hæreditarios fiscus non potest mo-  
lestare, uel inquietare debitores. secundum Bar. in l. om-  
nibus. ff. de diuer. & tempo. perscript. & uide Egid. Boss. in  
tit. de fisco & priuileg. eius nu. 51. ubi late.

### REGULA LXXXIII.

Locator an possit recedere a contractu, si conductor  
petit remissionem fieri ob damnum incursum in frugi-  
bus. Bal. qui nil ignorauit in l. licet. C. locat. tenet q. si  
conductor uult esse colonus partarius. locator non po-  
test inquietare conductores, & Ita sentit Egid. Boss. in tit.  
de remiss. merced. conduct. nu. 49. fol. 313.

Fallit hæc regula si ex forma statuti, uel constitutio-  
nis, uel pragmaticæ sanctionis, prouisum esset conducto-  
ribus terrarum, molendinorum, aut inquilinis circa dan-  
num occursum ui fluminis, uel iudicio Dei. in rebus con-  
ductis, pro ut considerat Corn. Perusinus concordando  
opin. doct. in consi. 128. uidetur primo aspectu col. 5. nu.  
9. uol. 2. q. not.

Fallit etiam quando communis hominum opinio iudi-  
cat annum de quo agitur non esse sterilem, uel quando  
fructus qui supersunt non ascendunt ad ualorem medie-  
tatis precii, quod soluit ipse conductor pro affictu, seu  
mercede petita. secundum Cor. consi. 128. nu. 9. col. 5. uo. 2.

### REGULA LXXXV.

Locare rem suam quilibet potest cui uoluerit, nec pri-  
mus conductor potest impedire secundum iux. tex. in l. ne  
cui. C. locat. & ibi Bal. Ang. Saly. Bar. & Alber.

Fallit 1. in rebus & bonis fiscalibus, in quibus primus  
conductor omnibus aliis anteponitur conductoribus, si

G 4 tan-



- tantundem dare uoluerit quantum alii posteriores con-  
ductores dare obtulerint. secundum tex. in l. congruo  
equitati C. de præd. fiscal. l. 2. de locat. præd. ciuil. l. 1.  
& c. ex rescripto. de locat. & conduct. & ibi Inno. & Ho-
2. Fallit 2. in domibus locandis magistris & scolari-  
bus qui cæteris paribus, omnibus aliis scolaribus antepo-  
nunt pro ut per doct. in d. c. ex rescripto extra locat. & cõdit.
  3. Fallit etiam nisi uia & medio pacti cautum foret, q̄  
liceat domino alii locare, quandiu ipse conductor rem  
conductam habere uellet & tantum dare, quantum alius  
dare se offert. uulg. l. ne cui ibi nisi forte pacta. & ibi glo.  
C. locat. & Bal. & Saly. & Bal. in l. contractus. ff. de reg. iur.
  4. Fallit etiam quando in loco & regione cautum reper-  
retur, ex ui consuetudinis, q̄ dominus teneatur recom-  
mẽdare rem locatam primo inquilino & conductori, & nota  
q̄ aliud est relocare, & aliud in contractu antiquo persi-  
stere. l. certæ. ff. de præcario. pro eo precio & pensione,  
quod a nouo reperit, dimittere. Iux. d. l. congruit & quiri-  
ti cum aliis similibus, q̄ not. quia quod potest per pacti  
stipulari potest etiam per consuetudinem introduci. l. non  
impossibile. ff. de pact. Antonius de But. in d. c. ex rescri-  
pto. locat. & conduct.
  5. Fallit etiam quando usus domus locandæ est exceptus,  
quia eo tunc non licet domino alteri locare per tex. in l. 6.  
r. insti. de usu. & habit. & l. si quis binas edes. ff. de usufruc.  
& ibi Ang. & Affli. de ci. 401. & Flor. in d. l. qui binas edes.  
ex quo est electa industria personæ & ideo non potest al-  
teri locare. uulg. l. inter artifices. ff. de solut.
  6. Fallit itidem quando uult locare domum alteri æque  
idoneo quia eo casu potest. l. apud Iulianum. §. si quis ab-  
cui. ff. de leg. i. & ibi Bal. late Felin. in c. causam. col. 11.  
§. declaratione extra de rescript. & idem in consi. 3. ideo  
Bal. legebat papæ & in lectionibus filium suum substituere  
bat pro ut Roma. sing. 670. ille nu. 2.

REGULA LXXXVI.

Loca si sunt expressa in instrumento, uel aliquo con-  
tractu